

*Hodierna
divisio.*

tium & montium situs , scire avet , adeat Philippi Cluverii de Italia Antiqua Commentationes doctissimas & consummatissimas . Nobis in novæ ac hodiernæ Italæ descriptione plusculum immorari propositum .

Recentiores Italiam dividunt , vel secundum Regiones , vel secundum Dominia . Blondus in xviii distribuit regiones :

Liguriam.

Etruriam.

Latinam , seu Campaniam Maritimam.

Vmbriam , vel Ducatum Spoletanum.

Picenum , quod nunc Anconitana Marka.

Romaniolam , olim Flaminiam.

Emiliam.

Galliam Cisalpinam , quæ & Langbardia.

Venetiam.

Italianam Transpadanam , quæ nunc Marka Tarvisina , vel Foro-Iulienis.

Istriam.

Sannium.

Terram Laboris , quæ Campania Vetus.

Lucaniam.

Apuliam.

Salentinos , nunc Terra Hydruntina.

Calabriam.

Brutios.

Leander Albertus in regiones distinguit novendecim . Cluverius eam dividit in Histriæ Marchionatum , Fori Iulii Ducatum , & Lombardiam , ad quam refert Marchiam Tarvisinam , Ducatum Mantuanum , Ducatum Mediolanensem , Tirolis Comitatus dimidiam partem , Grifones in ipsis Alpibus , & his conterminos Helvetiorum stipendiarios ; Pedemontium , Ducatum Montis Ferrati . Ducatum Parmensem , Romaniolam , Marchiam Anconitanam . Extra vero Lombardiam ponit Agrum Genuensem , Tusciam , in qua Patrimonium Divi Petri Tiberis dextræ ripæ affixum : Ducatum Spoletanum , Agrum Romanum , Regnum Neapolitanum , inque eo regiones Aprutium , Apuliam , Laborinum agrum , Basilicatam , Calabrias duas , Agrum Baritanum , & Agrum Hydruntinum .

Verum ex quo tempore Imperii Romani dignitas atque sedes in Germaniam translata est , jamque in varias partes , titulos atque Dominia diserpi cœpta est , uti ostensum supra , secundum Dominia quoque distingui cœpit . hodie ea ratione Dominiorum sic distinxeris :

1 Dominium est Hispaniarum Regis , sub quo regnum Neapolitanum , Ducatus Mediolanensis , ac quædam oppida in Tusciæ littore , Insulaeque Italæ adjacentes , Sicilia & Sardinia .

2 Pontificis Romani , sub quo Ager Romanus , Patrimonium Divi Petri , Ducatus Spoletanus , Marchia Anconitana , Romaniola , Ducatus Vrbini , & urbs in agro Neapolitano Beneventum .

3 Veneta Reipublicæ , sub qua Histria , Forum Italia .

Iulii , Marchia Tarvisiana , & inde Lombardiæ pars ad usque Bergomum .

4 Magni Ducis Tuscæ , in Tuscia .

5 Genuenfis Reipublicæ , sub qua Liguria intra Apenninum & Ligusticum mare , ac portiuncula Tuscæ Liguriæ proxima , cum Insula Corsica .

6 Ducus Parmensis , in Lombardia Cispadana .

7 Ducus Sabaudie , sub quo Pedemontium .

8 Helvetiorum , supra lacum Verbanum & Larium .

9 Rhætorum , sive Grisonum in Alpibus .

10 Archiducum Austria in Comitatu Tirolensi , ubi Tridentum , & in partibus Alpinis Fori Iulii ac Histriæ .

11 Ducus Mantuani , in Ducatis Mantuae ac Montisferrati .

12 Ducus Mutinensis .

13 Civitatis Lucensis .

14 Comitis Mirandulani .

Verum nos , Italiam ordine descripturi secundum Dominia & Status Principum hodie regnantium , in quatuor principales eam dividimus partes , sequuti in hoc , uti & in tabulis , Ioan. Ant. Maginum : atque ita totum opus Italicum in quatuor distribuemus volumina .

In Primo continebitur , incipiendo ab occidente , ubi Europæ continentis adhæret , tota illa pars Gallia Cisalpina ab antiquis nuncupata , in qua sunt regiones haec :

Liguria , vel Status Reipublicæ Genuensis , vulgo Riviera di Genoa , & Insula Corsica , uti regnum ad eandem Rem publicam pertinens .

Longobardia , sive Langbardia , vel Lombardia , continens in se Status Ducus Sabaudie in Italia , qui nomine Pedemontii vulgo audiunt .

Montisferratum , Ducus Mantuani Marchionatus .

Status Milanensis , Regi Hispaniarum subiectus .

Ducatus Mantuanus ;

Mutina & Regii Ducatus ;

Parme & Placentia Ducatus , ab ipsis Italis gubernati , cum aliis minoribus quibusdam Dominiis , & feudis Imperialibus , quorum administratio penes singulares aliquos dominos est .

Secunda pars voluminis habebit alteram Cisalpinae Gallia partem , usque ad sinum Adriaticum , quam felicissima Venetorum Res publica totam occupat : continet Regionem Venetam , Forum Iulii , Istriam , & Lombardia partem . Describimus præterea hoc volumine Principatum Tridentinum , temporalem Episcopi Tridentini jurisdictionem , ut ex parte ad Italiam pertinentem .

Tertium volumen describit partem in medio Italiae sitam , Padum inter & Truentum fluvios , ad mare Superius ; ac mare Inferius , inter Mancram & Lirim , nunc Garigliano . In parte hac integrum Dominium Ecclesiasticum est ,

Magnus Ducatus Etrurie , &

Status Reipublicæ Lucensis .

G

Quarta

*Magini
Divisio I.
talæ in
quatuor
partes .*